UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

§. X. Der Stadt Oßnabrück Desideria und darauf ertheilte Bischöfliche Antwort.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53029

Visual Library

1648. April. Junius. finem, ut arreſtum ipſius mobilibus, annulis, cimmeliis, ſuppellectili argenteo & documentis literariis in civitate Luxenburgenſi exiſtentibus impoſitum, tolli caſſarique poſſet. 1648. April. Junius.

Quo libello ſupplici à Dominis Conſiliariis Domino Philippo de Sales Baroni de Inville inſinuato, ſublationi caſſationique iſtiusmodi lubens ac volens aſſenſit.

Quocirca dictum Conſilium Decretum 16. Aprilis Anno 1646. viſis omnibus ad id requiſitis tulit, quod Dominis Conſiliariis Luxenburgenſibus exarandæ ſint literæ ejus tenoris, prout in projecto latius videre eſt, quæ etiam expeditæ, lectæ & transmiſſæ fuerunt. Actum Mechliniæ 27. Septembris Anno 1647.

Wilhelmus Martin.

Cum arreſtum, quod mobilibus ad eundem Principem Electorem Trevirenſem ſpectantibus, & in Ducatum Luxenburgenſem translatis, Imperator per Conſilium Provinciale antehac imponi curavit, relaxatum quidem & abolitum, attamen ad quorundam inſtantiam iterum renovatum, inſuper etiam & ſequeſtrum, quod Præfecturæ Brug ad Archi-Epiſcopatuum & medietati Dominii Montis Sancti Joannis ad Joannem Rheinhardum de Sederen ſpectantibus, à præfato Conſilio indictum eſt, Concordatis inter Electoratum Trevirenſem & Ducatum Burgundiæ, publica Imperii interventione Anno 1548. Auguſtæ Vindelicorum erectis repugnent: Conventum eſt, ut prædictum arreſtum & ſequeſtrum à Conſilio Luxenburgenſi quantocius tollatur, dicto Domino Electori bona ſua, Præfectura & Dominium, tam Electoralia quam Patrimonialia, una cum fructibus ſequeſtratis relaxentur ac tradantur, ac ſi quid forte amotum fuerit, reponatur pleneque ipſi atque integre reſtituatur, impetrantibus ad Judicem Principis Electoris competentem, pro obtinenda Juris & Juſtitiæ adminiſtratione, remiſſis.

§. X.

Der Stadt Oßnabrück Deſideria und darauff ertheilte Biſchöffliche Antwort.

Es hatte ſchon im vorigen Jahr die Stadt Oßnabrück ihre Deſideria circa *Eccleſiaſtica & Politica*, ſchrifftlich vorgetragen, und bey der gegenwärtigen guten Gelegenheit ihre Rechte und Befugniſſen, theils mehrers befeſtigen, theils weiter erſtrecken wollen; Was aber der damahlige gelehrte Biſchoff und nachmahliger Cardinal, *FRANTZ WILHELM*, ex tempore auf alle und jede Puncten erinnert, das giebt die Anlage ſub N. I. zu erkennen.

N. I.

Deſideria Civitatis Osnabrugæ communicata Monaſterii per Deputatos Cæſareos d. 9. Julii An. 1647.

A. 1. Petitum.

Civitati Osnabrugenſi reſtituantur omnia & ſingula ſua Jura, Immunitates, Privilegia & Statuta ab Imperatoribus & Epiſcopis vel Jure proprio, tam in Eccleſiaſticis, quam Po-

Reſponſum extemporaneum nomine Eccleſiæ Osnabrugenſis.

Ad A.

Cum Terminus Anni 1624. ſit univerſalis omnium Controverſiarum in Imperio ſopiendarum, non videtur, cur petita Confirmatio alium Terminum ſpecialiter petere poſſit: ſed hoc liti-

1648. Junius. liticis ullo tempore acquiſita.

Explicatio ſeu Informatio.

Quidquid Juris & Privilegiorum Anno 1618. poſſeſſorie habuimus, hic nobis reſtitui & confirmari in genere rogamus.

B.

In ſpecie Jus Epiſcopale cum Libero Exercitio Auguſtanæ Confesſionis.

Explicatio.

Per Jus Epiſcopale intelligitur Jus Conſiſtoriale in Parochiali noſtro Diſtrictu, & quidquid præterea Mediato Evangelico Statui vigore Transactionis Paſſavienſis competit.

C.

Jus Patronatus in templis & ſcholis.

Explicatio.

De Jure Patronatus nulla eſt controverſia, niſi quod ante tempora Lutheri Collatura Præsbyterii, & patrocinium Scholæ penes Cathedrales fuerit; quod tamen integrum nunc ſeculum & ultra, poſſeſſorie penes Senatum eſt.

petitum juxta explicationem hanc genericam ad eum reducatur, ut ſcilicet ea impoſterum retineant, quæ legitime habuerunt, & mille novitates introducantur. 1648. Junius.

B.

Similiter reducatur ad Annum 24. ſub illa generica petitione ſeu explicatione propria ad A. Notandum, illos nunquam habuiſſe Conſiſtorium, niſi quod ante 2. Annos his tumultibus erexerunt propria authoritate. Diſtrictum non aliter intelligimus quam intra mœnia.

C.

Hæc omnia pure, præſertim uti hic ponuntur, negantur. 1. Quod tantum ante tempora Lutheri Jus Patronatus fuerit ſuper Eccleſias in Civitate penes Capitulum. 2. Item Patrocinium Scholæ. 3. Quod hæc Jura per integrum Seculum & ultra, ſint poſſeſſorie penes Senatum.

A. 1543. utrumque Templum beatæ Virginis & S. Catharinæ vi invaſerunt rebelles Cives, & intruſerunt quendam Lubeca evocatum Prædicantem. An. 1548. per Sententiam Caroli V. iterum reſtituerunt Eccleſias illas cum omni Jure Epiſcopo Franciſco Waldecenſi & Capitulo, cum Reverſalibus, quod perpetuis futuris temporibus non velint amplius ſe immiſcere. Sed fide rupta poſt aliquot annos iterum invaſerunt, contradicentibus Epiſcopis & Capitulo; obtentis etiam Cæſareis Decretis. Ex quo nec vera Poſſeſſio, nec unius Seculi deduci poteſt; De Scholis eadem eſt ratio: fundata eſt Academia prima in Germania a Carolo Magno apud Eccleſiam Cathedralem a Capitulo dirigenda, quod in hodiernum usque diem præſtat. Civitas nullas habuit Scholas unquam, niſi ex conceſſione & ordinatione Epiſcoporum triviales apud prædictas Eccleſias Parochiales. Circa annum 1600. quidam Kirchovius Profeſſor a Capitulo conſtitutus in ſolito Eccleſiæ Cathedralis Gymnaſio, tandem cum

1648. Junius.

cum aliis Profeſſoribus convenire non potuit, & ſeparatas ſcholas, quas nunc Civitas dicit, incepit, contradicente Capitulo hucusque.

D.

Merum & mixtum imperium in cognoſcendo, judicando, condemnando & exequendo.

Explicatio.

Merum & mixtum imperium in Criminalibus & Civilibus quietè ſemper poſſedimus, excepto uno caſu, quando nobis, præter Jus & Privilegia noſtra, ultimis hiſce temporibus in Executionibus cauſarum Criminalium inhibitum fuit.

D.

Negatur per totum, ipſos merum imperium habuiſſe unquam, & quidem magis, quiete poſſediſſe. Demonſtrari id clare poteſt ex jure & facto, unde non immerito Dominus Guſtavus hoc tempore bellico, Civitati novitatem circa ſagarum condemnationem (quod hic innuunt) prohibuit ſub gravi pœna pecuniaria.

Circa mixtum aliqua habuerunt.

E.

Jus Præſidii.

Explicatio.

Proprium Præſidium ex antiqua obſervantia, ut Libera Civitas Anſeatica, ſemper habuimus.

E.

Negatur totum in facto; item in jure: quod enim Civitates Liberæ & vere Anſeaticæ hoc non habent? Negatur etiam ipſam eſſe Civitatem Anſeaticam liberam.

F.

Et Stapulæ Commerciorum præcipue lintei Osnabrugenſis.

Explicatio.

Stapulam Commerciorum, præcipue lintei, in urbe noſtra eſſe nemo eſt qui ignorat.

F.

De Commerciis in genere negatur per totum. De linteo fuit olim aliquid, ſed abuſus graves irrepſerunt, qui ſublati fuerunt, ac etiam ulterius ſunt per Principem corrigendi. Nec iſta ſtapula ita generalis fuit: audiantur Quakenbrugum, Mella, Furſtenavia & alia loca hujus Diœceſis, quæ non immerito conqueruntur unde.

G.

Caſſatis & prohibitis omnibus ſuper his nunc & in futurum controverſiis, atque in contrarium actis.

Explicatio.

Additum eſt hoc propter Monopolia belli tempore contra Privilegia noſtra irrepta.

G.

Hic fatentur controverſias eſſe, quæ in præjudicium tertii ita facile tollendæ, vel jura intereſſe habentibus auferenda non ſunt, minus id, quod in aliis tollerare nolunt, pro ſe petere debent.

Monopolia noviter incepta tollantur.

H.

Deſtruatur Petersburgum & alia inuſitata Fortalitia Diœceſeos.

Explicatio.

Petersburgum in æmulationem exſtructum, ex æmulatione, vigore Privilegii noſtri Cæſarei, deſtruendum eſt.

H.

Negatur in æmulationem exſtructum: Cauſæ alibi pluribus deductæ ſunt. Negatur vigore Privilegii Cæſarei deſtruendum, doceant de tenore, imo ipſum Privilegium quod jactant, edant. Sed quid ad illos alia Fortalitia, & quidem magis quam ad omnes Status Patriæ! Furſtenavienſis & Vordenſis Fortificationes ante-

hac

1648. Junius.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1648. Junius.

hac Anno 30. conſilio & conſenſu dictorum Statuum dejectæ fuerunt, per Suecos poſtmodum reſuſcitatæ, facile iterum dejici poterunt, ſed manente ſaltem unica Reſidentia Caſtri Epiſcopalis St. Petri munita.

I.

Neque ulli Religioſi præter præſentes in Civitatem introducantur.

Explicatio.

Annis 1618. & 24. Religioſos præter præſentes non habuimus.

I.

Hoc prohibere non poſſunt Principi ſuo, præſertim cum non fiat in detrimentum politicum, vel impedimentum Religionis Auguſtanæ Confeſſionis Exercitii. Et cur ipſi hiſce Annis novum Templum ædificârunt?

K.

Auguſtiniano & Franciſcano Templis cum pertinentiis, in uſum Eccleſiæ & Scholæ Senatus iterum converſis & reſtitutis.

Explicatio.

Auguſtinianum & Franciſcanum Templa cum annexis ab Epiſcopo Franciſco Waldecenſi, in uſum Eccleſiæ & Scholæ Senatus olim publica Conventione data, & a Succeſſoribus ejus Catholicis viciſſim adempta, hiſce univerſalis Pacis Tractatibus reddi deſideramus.

K.

Anno 1548. hæc duo templa cum Pertinentiis, ante paucos Annos per tumultum ac rebellionem occupata, eidem Franciſco Epiſcopo Civitas reſtituit, caſſatis omnibus actis, & datis Reverſalibus de non amplius illa petendo vel occupando. Et hæc Civitatis narrata, rei veritati in pluribus contrariari, ex actis publicis doceri poteſt. Nec negare quisquam audebit, Capitulum ab An. 1548. usque ad Annum 1634. in quieta & legitima Poſſeſſione omnium eorum fuiſſe, diſpoſitionem etiam nullam unquam intra 90. Annos Civitati competiiſſe, nec ullo Titulo competere poſſe.

L.

Solvantur ei ab Equeſtri Ordine & Provincialibus vigore priſtinorum Concordatorum 27000. Rthlr. cum Legali intereſſe.

Explicatio.

Tempore expugnationis urbis Osnabrugenſis 60000. Rthlr. expugnatoribus ſoluta ſunt, quorum tertiam partem Equeſtri Ordini ſeu tertio Statui Diœceſeos, ex pacto ſolvere competebat; Capitulo alteram tertiam ſolvente; quam Cives tanquam Creditum hic repetunt & 7000. Rthlr. tempore Cæſareanæ obſidionis pro Provincialibus obſeſſo militi Sueco ſoluta ſunt.

L.

Nemo condemnari debet, aut poteſt inauditus. Remittendum ergo hoc illiquidum & male fundatum deſiderium ad Nobilitatem ratione 20000, & ad omnes Status ratione 7000.

M.

Atque à Senatu non niſi ex Summâ appellabili 200. aureorum ad Can- cel-

M.

Non eſt opus hoc vel alia petere à Coronis & Statibus Imperii, cum dari poſ-

1648. Junius.

cellariam, ſalvo tamen ſemper hoc Statuto appelletur.

Explicatio.

Hoc privilegium loco ſperatæ Immedietatis dari nobis rogamus; & Statutum Depoſitionis aliquot nummorum frivole appellaturis, in caſum ſuccumbentiæ tantum pendendorum impoſitum confirmari.

poſſint, ſi debite privilegia petantur à ſolo Principe Osnabrugenſi, præſertim ſi Civitatis debitam obedientiam melius, quam hactenus à tot annis ſuis Principibus præſtitit, expertus fuerit. 2.) Summa vero eſt exceſſiva, cum ipſe Princeps tantam non habeat rationeAppellationum ad Cameram unde proportio deſumi debet. 3.) Statutum quando & quomodo conditum ſit, edatur, & ulterius Princeps ſe declarabit.

1648. Junius.

N.

Et remaneat vigore contractus concurrentia juris Gograviatus.

Explicatio.

Jus Gograviatus commune nobiscum eſt Principi, tituloque oneroſo habemus; cujus Judex à Principe quidem eligitur à Senatu autem confirmatur, & juramento aſtringitur.

N.

Si hoc deſiderium reducatur ad Annum 1624. prout ibi fuit, & reliqua ſibi conſervari ſub Litera A. petunt, facile Satisfactionem habere poſſunt, nec plura petere debent.

Cœterum titulum & quidem oneroſum, ut narrant, non ediderunt, nec alia, quæ de confirmatione & juramento hic ponuntur, concedimus ita ſe habere in facto.

O.

Cudendi auream & argenteam monetam.

Explicatio.

Monetam Epiſcopatus Osnabrugenſis Princeps per Monetarium Senatus ſemper cudi curavit, & æſtimationem, ſeu valoris cenſuram Senatus ſemper habuit; hanc concurrentiam non ſolum continuare, ſed ſub effigie pro tempore Principis, & inſigni Civitatis, quamvis Monetam juxta Imperii valorem, libere cudere deſideramus.

O.

Hoc ſimiliter remittatur ad Literam A. cœterum narrata non verificantur: quis enim ille Monetarius? an, & quousque à Circulo ſecundum Leges Imperii & conſuetudinem approbatus? an unquam auream, vel argenteam monetam nomine Civitatis cuderit? qualis hæc cenſura Civitatis fuerit ſuper aurea, argentea, cuprea? quia certum eſt, ipſam Civitatem & à Cardinali & à moderno Epiſcopo petiiſſe facultatem cuprum monetandi, & ad certam ſummam ſemper obtinuiſſe; in quo etiam futuris temporibus neceſſitatibus proſpici poteſt, præſertim ſi moneta tum Imperii, tum Principis non ſufficiat.

P.

Detur ei poteſtas Molendinum novum, pro neceſſitate Civium fabricandi, altero Principis Molendinorum Senatui pro ſolito locagio conceſſo.

Explicatio.

Molam ventoſam in vallo & ante portam, eum in finem ædificare cupimus, ne tempore deficientis aquæ Civibus noſtris, extra territorium noſtrum in alienam Provinciam excur- ren-

P.

Hoc Deſiderium pertinet ad Literam M.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1648. Junius. rendum ſit, quod ſicca tempeſtate ſæpiſſime accidit.

Princeps duo in urbe noſtra poſſidet molendina, quæ aliis elocantur, quorum alterum, ſi non utrumque Senatui pro ſolito locagio concedi, & elocari non inique petimus.

Q.

Neque liceat futuro Epiſcopo aliter urbem ingredi, atque habitare, quam antiqua conſuetudine hoc obſervatum atque receptum eſt.

Explicatio.

Hic nihil novi, ſed quod antiquitus obſervatum fuit, deſideramus.

Q.

Nec modernus, nec futurus Epiſcopus ſe circumſcribi patietur, ut apud Eccleſiam & Civitatem ſuam, non reſidere poſſit pro lubitu, & juxta Canones. Quod aliqui non ſemper id fecerint, fuit mere facultatis. Scimus Franciſcum Waldecenſem ſæpiſſime reſidiſſe intra Civitatem, usque ad tumultum ac rebellionem civicam Anno 1543. Joannem ab Hoya eandem ob cauſam rarius, præſertim cum Monaſterii & Paderbornæ moraretur: Henricus Saxo, licet Reſidentiam Archi-Epiſcopatus Bremenſis, Osnabrugenſi & Paderbornenſi, quibus etiam præfuit, prætulerit, tamen conſtat ipſum palatium intra Civitatem Osnabrugenſem incepiſſe, quod morte præventus finire non potuit. Bernardus, & Wilhelmus parum reſidere potuerunt, quia non diu ſupervixerunt. Philippum Sigismundum ipſa Civitas agnoſcere pro Principe noluit, quod Regalia non haberet, & alterius Religionis Cathedrali Eccleſiæ vicinus eſſe non deſideravit. Et mirum eſt, hanc Municipalem Civitatem ſuum Principem excludere velle, cum Civitates Imperiales ac Liberæ, & Auguſtanæ Confeſſionis, uti Wormatia, Spira, Ratisbona & Auguſta, ſuos Epiſcopos non arceant, ſed etiam venerentur intra mœnia ſua continuo Reſidentes.

R.

Senatusque, tempore ſedis vacantiæ, vigore pacti antiquiſſimi cum Capitulo pari poteſtate concurrat & eligat.

Explicatio.

Ex pacto antiquiſſimo, quod in originali producere poſſumus, conventum eſt Capitulum inter & Senatum, ne illud absque hujus præſcientia Præſulem Provinciæ eligat, quod impoſterum in eligendo Principe novo obſervari non immerito deſideramus.

Atque

R.

Pactum allegatum edatur; eousque verum eſſe negatur; cum nec ullum actum poſſeſſorium pro ſe habeant; imo contrarium ex ipſorummet literis, etiam in duabus ultimis Electionibus Annis 1623. & 25. demonſtrari clariſſime poſſit: nec ullum in tota Europa, nedum Germania, extet tale Exemplum, quod Laici, & quidem particularis Civitas, concurrant in electionibus voto, uti Clerici, qui privilegium habent.

Fi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1648.
Junius.

S.

Atque ſuper his omnibus à Corona Sueciæ, & Domo Brunſuicenſi & Luneburgenſi Guaranda præſtetur.

Explicatio.

Guarandam hanc & aſſecurationem noſtri Status & perpetuo futuræ tranquillitatis inter nos & Principes noſtros poſtulamus.

S.

Fides publica ipſis, uti & toti orbi ſufficere debet: & potius ab ipſis petenda Nobis eſſet ſecuritas Status ac pacis, cum tam ſæpe intra unum ſaltem ſeculum (de prioribus tacemus) rebelles fuerint, & ſuis Principibus & Capitulo; prout acta loquentur in omnem æternitatem.

§. XI.

Was wegen der Parität der Religion, bey dem Augſpurgiſchen Stadt-Regiment vorgangen.

Zu Beruhigung der Stadt Augſpurg war auf dem Friedens-Congreſs reſolviret worden, in dem dortigen Stadt-Regiment, die paritatem Religionis einzuführen. Es wolte aber ſolches der Catholiſche Magiſtrat nicht zugeben, deswegen ſelbiger, ein Decret ſub 16. April. 1648. (welches im TOM. V. *Libr.* XL. §. XXXVI. p. 751. ſq. vorgekom̃en.) an die dortige Evangeliſche Bürgerſchafft abgab, und eine cathegoriſche Antwort darinnen verlangte; worauf nicht nur, von denen Evangeliſchen Ständen, das dehortatorium ſub N. I. an beſagten Magiſtrat ergieng, ſondern auch von denſelben, die Vorſtellung ſub N. II. bey Kayſerlicher Majeſtät disfals geſchahe.

N. I.

Dictat. Osnabr. d. 10. Jun. An. 1648.
per Direct. Altenburg.

Schreiben der Evangeliſchen Stände auf dem Friedens-Congreſs, an den Catholiſchen Magiſtrat zu Augſpurg.

Unſere freundwillige Dienſte jederzeit zuvor, Wohl-Edle ꝛc. beſonders günſtige Herren und Freunde.

N. I. Der Evangeliſchen Stände Schreiben, an den Catholiſchen Magiſtrat zu Augſpurg.

Welchergeſtalt durch die, bisher wider den Religion-Frieden, und alle Hochbetheurliche Verträge, in Beſtellung des Bürgerſichen Magiſtrats, Stadt-Aemter und Dienſte, uſurpirte Diſparität die Stadt Augſpurg in groſſe Zerrüttung geführet, ſonderlich aber die Augſpurgiſche Confeſſions-Verwandten dergeſtalt gedrücket, daß nach etlicher Wunſch und Vorhaben dieſelbigen, zu Verdunckelung der Augſpurgiſchen Chriſtlichen Confeſſion des Orts halben gegebenen Nahmen, je mehr und mehr ausgetilget werden wollen: darüber dann, als einer der fürnehmſten Urſache des Mistrauens zwiſchen Chur-Fürſten und Ständen im Heiligen Römiſchen Reiche, Anno 1590. gegen Kayſer Rudolph dem Andern, Allerglorwürdigſten Gedächtniß, die drey Weltlichen Chur-Fürſten, Pfaltz, Sachſen und Chur-Brandenburg ſich höchlich beklaget, auch alle andere des Heiligen Römiſchen Reichs Evangeliſcher Fürſten und Stände in- und auſſer Reichs-Tägen ſich deſſen eifferig angenommen: ſolches iſt denen Herren nicht allein bekandt, ſondern es haben ſolche Proceduren, auch Theils der Catholiſchen ſelbſt vor unrecht erkennet und befunden, daß die beſte und beſtändigſte Medela in Einführung beſſerer Gleichheit beſtünde, maaſſen dann auch die Herren, wie in genere nach Ausweiſung der in offenen Druck verhandenen Reformations-Acten, zu denen anderwärtigen Kayſerlichen Verordnungen, alſo auch hernach in ſpecie, wann von der Römiſchen Kayſerlichen Majeſtät die gedachte Parität zu erhalten, gar nicht zu widerſprechen ſich anerboten. Aus welchen und mehr andern Urſachen wir verhoffet, es würde denen Herren, was disfals zwiſchen Jhro Kayſerlichen Majeſtät, der Cron Schweden, wie auch ſämtlichen Chur-Fürſten und Ständen des Heili-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN